



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 88. Celeberrima editio orationum Consistorialium Clementis XI. Papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

§. LXXXVIII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

Celeberrima editio orationum Consistorialium Clementis XI. Papæ.

Hoc item anno Romæ nonaginta quatuor orationes Consistoriales Clementis XI. Pontificis Maximi Hannibal Cardinalis Albanus S. R. E. Cameraarius suis sumptibus tanta elegancia, qua major in nullo hucusque libro reperta est, edi curavit, ipseque cuncta ferme exempla ad Europæ Principes transmisit; quocirca raro hoc opus in privatis librorum scriniis reperire est: An vero Albanus cunctas Patru sui orationes iisdem omnino verbis, quibus in Purpuratorum Senatu pronuntiatæ fuerunt, prælo subjecerit, dubium moveri posset, ex eo, quia in Pagina nonagesima prima quædam abscissa videntur, & in abscissis foliis, quæ ex injuria in exemplaribus fuere relicta, plura legantur, quæ in toto corpore desiderantur: Ceterum Albanus Cardinalis elegantissimum hoc opus Innocentio XIII. nuncupavit, adjecta hac epistola notatu dignissima:

*Clement. XI.
opera. p. I.*

„Quod Sanctitati suæ humiliter offero Orationum Consistorialium volumen, sinceram, genuinamque continet

E e 5

„tui

Sæc. XVIII. „tui Præcessoris imaginem, quam
 A. G. 1722 „benigniori vultu excipiendam a te
 „fore arbitratus sum, quo certius me
 „externa corporis lineamenta, ut co-
 „loribus depictæ tabulæ solent, sed
 „præstantes illius animi dotes, que
 „longe majori in pretio apud omnes
 „habitæ semper fuere, luculenter ex-
 „primit, & ob oculos ponit. In ipsius
 „siquidem orationibus, Beatissime Pe-
 „ter, eximium conspicies Zelum, quo
 „Clemens XI. perpetuo flagavit, ut
 „fidem vel in propinquiorebus regio-
 „bus incorruptam, & sartam tectam
 „custodiret, vel ad remotissimas usque
 „orbis terrarum nationes extenderet,
 „& propagaret. Incensum præterea
 „& constans agnosces Ecclesiæ Juris
 „Apostolicæque Sedis auctoritatem,
 „tuendi studium, ac eloquentiam, in-
 „gram equidem, qualis summum Poe-
 „tificem plane decet, sed non incom-
 „ptam, imo nec illis destitutam lumina-
 „ribus, ac ornamentis, quæ gratiam
 „operi, & pretium apud eruditos, ac
 „eos præsertim, qui latini sermonis po-
 „ritatem, atque nitorem amant, con-
 „ciliare consueverunt. Verumtamen
 „ut consilium susciperem eas sanctissi-
 „mo tuo inscriptas Nomini in lucem
 „proferendi, illud præcipuo mihi in-
 „tamento fuit, quod illustre in ipis

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

„argumentum invenies egregiæ opinio-
 „nis, & existimationis, quam Author
 „de præclaris virtutibus tuis jamdudum
 „animo conceperat, & re ipsa palam
 „declaravit. dum Te inter primos ad
 „amplissimam Cardinalatus dignitatem
 „evexit. At quam uberi gloriæ fæ-
 „nore erga Clementem XI. quot, quan-
 „tisque erga illius familiam beneficiis,
 „Sanctissime Pater, accepto beneficio
 „vicem rependisti? quod ad ejusdem
 „Pontificis gloriam attinet, satis fuerit
 „tuam ad Catholicæ Ecclesiæ regimen
 „assumptionem intueri; quæ jam una-
 „nimi omnium Electorum consensu,
 „communique nationum gaudio peracta
 „sit, locuples jam testis est acerrimi,
 „gravissimæque judicii Prædecessoris tui
 „in iis deligendis, qui ad supremas
 „Sanctuarii cathedras extolli deberent.
 „Quod autem ad Albanæ gentis ratio-
 „nes pertinet, nemo propemodum in
 „ea censetur, qui inter ipsa Imperii
 „tui primordia gratiis, & honoribus
 „munificentissime cumulatus a Te non
 „fuerit, quæ vero clementia Tua libe-
 „rali manu in nos contulit, maxima
 „beneficia, hic singillatim persequi mihi
 „longum, ac in medium afferri Tibi for-
 „sit an ipsi grave, atque molestum acci-
 „deret; cum magni, excelsique animi
 „Principibus, qualis plane est Sanctitas
 „tua,

Sæc. XVIII. „tua, libenter beneficia, divinitas
 A. C. 1722. „exemplo, tribuere, & æque libenter
 „ea oblivisci solemne sit. Nulla autem
 „ætas illorum in nobis extinguet me-
 „moriam, omnique tempore nos & gra-
 „tissimos profitebimur debitores, & sub-
 „ditos maxime fideles præstabimus San-
 „ctitati tuæ, cui sinceros hosce cordium
 „nostrorum sensus ipsa, ubi opus fuerit,
 „sanguinis effusione comprobare, te-
 „statosque facere parati erimus. Ce-
 „terum si una tantum familia præce-
 „ris adeo ornata a Te fuit beneficiis,
 „qualia profecto in ea, in qua ver-
 „mur, temporum difficultate Ecclesia
 „Dei a Sanctitate tua sibi merito posse
 „ceri non poterit? communis certe
 „plausus, quo Catholici Principes uni-
 „versi tuam ad Apostolicam Sedem
 „protectionem exceperant, firmam nos
 „in spem adducit fore, ut finis aliqua-
 „do imponatur vexationibus ærumnis-
 „que illis, quibus tamdiu Ecclesia ipsa
 „ubique fere locorum per manifestam
 „injuriam afflicta fuit. Ego vero, qui
 „diuturno vigiati, & amplius annorum
 „spatio non tam publicarum calamita-
 „tum, quam invictæ Constantiæ, in
 „defessæque Clementis XI. vigilantia
 „proximus spectator existiti, eam tem-
 „porum felicitatem Sanctitati suæ con-
 „ceptis votis auguror, ut occasio Tit-
 „

„præbeatur illam animi moderationem Sæc. XVIII.
 „in prosperis adhibendi, quam Defun- A. C. 1722.
 „ctus in adversis ostendere compulsus
 „fuit. Hæc enixis insuper accuratis-
 „que precibus a Divina Clementia fla-
 „gitare nunquam intermittam; dum in
 „genua provolutus sanctissimos tuos
 „pedes, qua par est, veneratione de-
 „osculor.,

Non minus eleganter idem Cardi-
 nalis Albanus viginti octo ejusdem
 Pontificis Homilias typis edi curavit:
 Rotæ tamen Senatores Innocentium
 XIII. rogabant, ut præfati Pontificis
 Bullas imprimi, prohibere velit, eo-
 quod in illis nonnulla essent, quæ hu-
 jus Tribunalis auctoritati derogarent.
 Verum impellente Albano Pontifex
 has quoque in unum volumen colligi,
 ac prælo subjici concessit.

§. LXXXIX.

*Georgii de Cornaro Cardinalis
 obitus.*

Sacrum Purpuratorum Collegium hoc Guarnac.
 anno nonnisi unius Collegæ mortem vit. Card.
 luxerat. Erat is Georgius Cornaro seu t. 1. p. 473.
 Cornelius patria Venetus ex pervetusta Vita Card.
 hujus nominis Patricia stirpe progeni- t. 1. p. 286.
 tus. Adscribebatur juvenis Equitum
 Melitensium Ordini, Prioratu Cretensi
 suæ